

P I S A

1 6 0 8



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Hd. 22.

DISPUTATIO VIII.  
EXERCITATIONVM ETHICARVM  
*De*  
**TEMPERANTIA**  
**SECUNDA VIRTUTE**  
MORALI.

Ex fine libri tertij Ethicorum Nicoma-  
chiorum de prompta

*Quam*

DEO DUCENE ET DOCENE

In illustri Academiâ VVitebergensi

PRÆSIDE

M. HENRICO VELSTENIO PHI-  
losophiæ moralis Professore publico, de-  
fendendam suscipiet.

IOHANNES STEPHANI HILDESHEIMVS SAXO.

27. Iunij horis locog<sub>3</sub> consueitus.

Cic. ad Q. Frat. Epist. 1.

Nihil reperiri potest tām exīnum, aut tām expetendum, quām  
istam virtutem, moderatricem animi, Temperantiam: non la-  
tere in tenebris, neq<sub>2</sub> esse abditam: sed in luce esse positam.

VVITEBERGÆ,

Typis Mullerianis Anno 1607.

REVERENDO ET CLA=  
RISSIMO VIRO Dn. CHRISTOPHORO  
Schleupnero SS. Theologiæ Doctori Eximio, & In-  
spectori quondam Ecclesiarum Hildesheimensium  
vigilantissimo, jam vero Superintendenti Isse-  
biensium generali dignissimo, legiti-  
mè designato.

ITEM.

*Clarissimis, solidæq; eruditio[n]is famâ præ-  
stantibus viris*

Dn. M. HENRICO GODEKENIO POETÆ  
Cæsareo, scholæ patriæ, quæ est Hildesiæ ad  
D. Andream Rectori dignissimo.

Dn. IOHANNI IANO, EIVSDEM SCHO-  
læ Conrectori fidelissimo,

*Fautoribus, promotoribus, ac preceptoribus suis:  
multis nominibus aeternum honorandis*

Hanc o[u]b[ile]tati Ethicam in perpetuum perpe-  
tuæ gratitudinis monumentum.

Offert & devovet  
Johannes Stephani Hild.

Respondens.

## CONTINVATIO.

**V**nc cum Deo ad Temperantiā digredimur: eam nempē virtutem, quæ omnibus in mundo rebus modum atq; ordinem servare docet; quæ reliquarum virtutum quasi condimentum quoddam est, quæ pacem affert animis, & eos dulci quâdam concordiâ placat ac lenit. Hæc enim est illa rationis in libidinem atq; alios non rectos animi impetus summa & moderata dominatio: hanc Plato in Charmide *humane vitæ custodem esse* docet: Xenophanes verò nihil mali in homine nasci posse dixit, qui *Temperamentiam, quæ sapientiæ fundamentum est, amplexus fuerit*. Non enim virum temperatum blandissimæ illæ Dominiæ, voluptates, unquam decipient: siquidem hic nullis vitiorum illecebris irretitur: parcè, continenter, sobriè & severè vitam agat: nullâ unquam luxuriâ diffluit: quin & non solum linguae & manibus; sed etiam oculis, auribus aliisque sensibus frænos injicit; ut nempē oculi velo castitatis tecti, non videant nudam Dianam, nudam Helenam, aut Bersabam istam aut Susannam: aures vero cerâ ulyssis obturatæ non audiant Cyren, & sic omnes omnium voluptatum scopuli facile evitentur. De hac ergo virtute hanc præsentem disquisitionem instituere libet.

## THE S I S I.

**T**ne distinctione vocis ambiguæ velle ad rei considerationem venire, est velle tempus perdere. Gal. lib. i. de Meth. cap. 5. quin ergo & nos Temperantia vocabulum prius distinguamus, antequam hinc ad ejus functionem abeamus.

II. Accipitur enim hoc vocabulum, i. Generalissime, ita ut non tantum hominibus; sed etiam brutis competit. Quo sensu etiam apibus Temperantia adscribitur, quod odio habeant unguentis delibutos, aut alioquin à recente venere venientes. Ælian lib. 5. de Nat. anim. cap. II.

Item capitoni pisci. Item &c aquilæ. Idem lib. 2. c. 26. 2. Generaliter  
hac voce omnes reliquæ virtutes comprehenduntur: quomodo Cic.  
inquit s. de Finib. Temperantia est moderatrix omnium commotio-  
num. 3 In specie sumitur pro secunda virtute morali, quæ gula  
aut Veneri modum præscribit. Donald. lib. 3. Eth. c. 2. p. 176. Thomas se-  
unda secundæ sum. Theolog. quest. 141. a. 2. Savan. Ep. Eth. Concl. 1.  
III. Atq; hoc in significatu sumto vocabulo definitur hæc virtus ab  
Aristot. μεσοτης περιήσθως; hoc est. Temperantia est virtus medio-  
critatem servans in appetendis & fugendis corporis voluptatibus,  
quæ gustu & tactu percipiuntur. Arist. 3. Nicom. cap. 10. Donald.  
lib. 2. cap. 2.

IV. Dicitur hæc virtus i. Latinis à temperando quod nempe  
voluptates refrænet, coercent, temperent & moderentur. 2. Græcis ὡς σῶ  
φροσύνη q. σώζεται τὴν φρένον conservans mentem. Quo respexisse videtur  
Cic. 3. Tuscul. dum scribit: Frugalitatis esse proprium motus animi  
appetentis regere & sedare, semperq; adversantem libidini mode-  
ratam in omni reservare constantiam.

V. Objectum hujus virtutis externum De Interno non hac vice una  
cum Philosopho non inquirimus) duplex est; per se & per accidens.

VI. Per se sunt voluptates corporis, quæ sensu, gustu, & tactu  
percipiuntur. Arist. Ibid.

VII. Per accidens sunt etiam dolores, quatenus ex nimio des-  
iderio volupratum vel illarum privatione oriuntur. Arist. Ibid.

VIII. Finis hujus virtutis est, ut sobriè voluptates expetamus.  
Quo spectat illud Seneca: Nobis quoq; militandum est, & quidem in  
genere militiae, à quo nunquam oculum datur. Debellandæ inpri-  
mis sunt voluptates, quæ, ut vides, sæva quoq; ingenia rapuerunt.  
Senec. Epist. 20.

IX. Officia & propria requisita Temperantiæ, atq; adeò tem-  
perantis sunt isthæc, ut nempe voluptates neq; nimium expetant,  
neq; ullis interim afficiatur cupiditatibus, sed mediocritatem &  
modum in illis teneat, habeatq; in primis in experendis voluptati-  
bus rationem. 1. Honestatis: ut non expetat eas, quas intemperantes si-  
sed easdem odio habeant, cum ut plurimum sint illicita. Simile enim gaudet  
simile: 2. Quantitatis & modi: ut in ipsis voluptatibus neq; nimium affici-  
atur, neq; ijs absentibus doleat. V. g. Et ipsi temperans epulatur, sed uitetur  
abstinentia. Bibit vinum sed adhibet sobrietatem. Tangit mulierculam, sed  
cum pudicitia & castitate. Casus in spec. Philos. mor. l. 3. cap. 12. 3. Valetudinis ut eas tantummodo voluptates sibi exposcat, quæ aut sanitatem conferunt,

au

aut eandem non impediunt. Plurimum enim laudentur vires corporis ex voluntatum indulgentia, quemadmodum Cicer. in Orat. pro Caelio ait: Vitium gutturis & ventris non modò minuit ætatem hominis; sed & aufert. 4. Existimationis: ut semper habeat rationem 1. Decori. 2. Loc. 3. Temporis. Deniq; SVMPTVM: ne omniū suam subst antiam in voluptates profundat. Multi enim opes suas profundant in luxum & voluptates, & hoc modo ad extremam rediguntur mendicitatem: sicuti hoc accidit filio prodigo Luc. 15. Et facetē Socrates, cum videret quendam helluonem atrum panem comedentem, cum derisit, inquiens: Si ita cœnasses, jam non ita pranderes, hoc est, si parciūs hactenus vixisses, jam haberet adhuc, unde laetiūs vivere posse.

X. Effecta temperantia, sunt partim respectu corporis, partim respectu animi.

XI. Respectu corporis est Sanitas & pulchritudo: quia intemperantia non tantum homines agros, sed & deformes facit.

XII. Respectu animi effecta Temperantiae sunt: 1. quod conservet aut confirmet ingenium judicium ac memoriam, atq; adeō fovet etiam prudentiam: Vnde & nomen accepit. Ex thes. 4. 2. quod hominem reddat alacrem ac expeditum ad omnes alias virtutes morales, tum acquirendas, tum exercendas. Kecker. in syst. Ethico lib. 2. cap. 1.

XIII. Extrema hujus virtutis sunt, in Excessu ἀκολαστία Imtemperantia: in defectu ἀκαρδητία immanitas in aspernandis voluptatibus.

XIV. ἀκολαστία est vitium, quo voluptates ex gustu & tactu profuentes contra omnem rectam rationem & honestatem appetuntur, omnisq; molestia quæ ex harum voluptatum detractione oriri posset, effrenatè, declinatur. Kecker. l. d.

XV. Peccat autem ἀκολαστος circa voluptates, potissimum quatuor modis. 1. Quia sine discrimine quasvis voluptates, etiam turpes, expetiscit. 2. Ab his voluptatibus tanquam mancipium ad quævis facinora dicitur. 3. Voluptates præfert ipsi honestati;

4. Percipit dolorem non solum propter absentiam; sed etiam propter vehemens desiderium voluptatum: non secus atque amicus amico affert dolorem, cum ipse desideratus aliquo in loco procul abest. Faber Stap. in hunc locum. Hinc Plautinus ille adolescens querebatur: Occidunt me, inquiens, dum nimis sanctas nuptias mihi facere student. 3. Nicom. cap. II, Magirus in hunc locum.

XVI. De hoc riti, restè Cicero. Quemadmodum, inquit Temperantia sedat appetitiones, & efficit, ut hæ rectæ rationi pareant, conservatq; considerata judicia mentis: sic huic inimica Intemperantia, omnem animi statum inflamat, conturbat, incitat. (in 4. Tuscul. quæst.)

XVII. Ab hoc ergo deterrimo & turpisimo ἀκρασίᾳ virtus qui liber esse cupit, ei studio & diligentia efficiendum est, ut appetitus congruat cum recta ratione, ita ut nihil, nisi quod honestum est spectetur. Recta enim ratio in omnibus nostris actionibus instar Orientis prælucere debet: & honestatem in omnibus nostris actionibus tanquam sanctissimam Helicen spectare debemus. Aristot. 3. Nicom. cap. 12.

XVIII. Quia verò pleræq; cupiditates vehementiores sunt, adeoq; ipsam etiam rationem de solio & sede deturbant, idcirco danda opera. 1. Ut sint μέτρια modicæ. Nimia enim cupiditas etiam hominem insanire facit. 1. Cerebrum humanum nimis exiccat. 2. Spiritum animalem nimis perturbat. 3. Variis intentionibusphantasiam vulnerat. 4. Immensos dolores in appetitu excitat. Casus in spe. Mor. lib. 3. cap. 12. 2. Ut sint ὀλιγοι paucæ: Vnde 3. facile postea fiet, ne sint ζεῖνος πεπληρωμα rectæ rationi contrariæ. Et cum homo se talem confirmaverit, tunc recte se habere dicetur. Arist. l. d.

XIX. Αὐθαδυσία sive stupiditas est vitium in aspernandis omnibus, etiam necessariis & honestis voluptatibus, De hoc virtus optimè Cicero: Si quem forte, inquit, inveneritis, qui oculis aspernetur pulchritudinem rerum, non ardore ullo, non tactu, non sapore capiatur, excludat auribus omnem suavitatem, huic homini ego fortasse & pauci, Deos propitios, pleriq; autem iratos putabimus. Pro cœlio.

XX. Verum quia hoc vitium admodum rarum est, nihil attinet de eo jam dicere fusius: quin potius ad species Temperantiae proprius accedamus. 3. Nico. cap. 11.

XXI. Temperantiae species duæ sunt: Frugalitas et Castitas. Donald. lib. 3. cap. 4. 2. p. 178. Kecker. l. 2. Syst. Eth. cap. 1. p. 191

XXII. Frugalitas est temperantia in gula moderanda. Donald. l. d. Hæc virtute plurimum etiam inter Ethicos claruerunt, ut Cyrus, qui rogatus ab hospite, quod in prandium apparari juberet: nihil aliud, inquit, quam panem: nam spero prope rivum me cœnaturum. Mira frugalitas in rege barbaro, cui panis erat, pro obso- nio, & sitim aquæ deferebat in cœnam. Ammian. l. 21. Talis etiam fuit

Phi-

Philosophorum, præsertim Cynicorum convicti, qui herbi & aqua  
frigidâ ut plurimum usi fuerunt. Laert. l. 6.

XXIII. Frugalitas est abstinentia vel sobrietas. Idem.

XXIV. Abstinentia est virtus, quæ in cibo capiendo modum  
tenet naturæ, & rectæ rationi convenientem. Savonor. in Epit. Eth.  
Concl. 8. Keck. l. d.

XXV. De hac virtute Ecclesiasticus c. 38. præcipiens inquit; Noli avi-  
dus esse in epulis; in multis enim cibis est infirmitas. Seneca in Epist.  
81. Turpe est plus cibi ingerere, quam capias, & stomachi non nos-  
se mensuram. Item: Copia ciborum sublimitas animi impeditur. Item:  
Venter præcepta non audit, poscit & appellat: non est tamen mo-  
lestus creditor, parvo contentus est, si das illi quod debes, non quod  
potes. Et Plutarchus cibi onerosi multarum ægritudinum sunt cau-  
sæ. Cyrus, apud Xenoph. Do, inquit, primo operam, ut nunquam ni-  
mium me expleam, deinde ut in ventrem demissa bene digeram.  
Hinc est quod semper valeo. Et Vives in introd. ad sap. Naturæ si des  
necessaria delectatur & robatur tanquam propriis: sin superflua  
debilitatur & affligitur tanquam alienis. Bene ergo Socrates dicebat:  
alios vivere ut edant, se vero edere, ut vivat.

XXVI. Exemplo in sacris quidam sunt Patriarchæ, Prophetæ,  
nec non ipsi Reges, de quibus sapius legimus, quod lacticius & tenuissimo  
apparatu vicit arint. Daniel cum suis Sociis, qui cum deprehenderent  
cibos illos regios, quibus alebantur ad luxum potius, quam ad vitæ sustenta-  
tionem sufficere, regio luxu rejecto tenuem apparatus appetebant. Dan. 1.  
Iohan Baptista Matt. 3.

XXVII. Apud Prophanos omnium frugalissimi commemo-  
rantur Persæ, qui pueros suos in publico gymnasio abstinentiam  
docuerunt, & omnes pariter assuefecerunt, ut panibus ad cibum, nasturcio  
ad obsonium uterentur: sicut etiam autem è praterflente haurirent. Sic &  
Romani per sexcentos annos pistorem nō habuerunt, tantum pulce-  
vescentes, quam ex aqua hordei fabarumq; farina miscebant: apud eosdem  
ramen viri summi sapius prandebant & cenabant in propatulo, nihil veriti suas  
epulas vulgi oculis subiçere. Valer Maxim. l. 2. c. 1. Plin. l. 18. c. 8. Imo de-  
niceps etiam frugalitatis ita erant studiosi, ut sumptuarias Leges  
ferrent, quæ modum vivendi imponerent, & ne fraus Legibus fieret, cau-  
tum est ut publicè transitaretur. Alexand. ab Alexand. l. 3. c. v. Sic apud  
Ægyptios mos erat certam cibi & potus mensuram Regi apponere, nec illi erat

601-

concessum, ultra hoc demensum quicquam postulare, ne luxu corruptus vitiose inquinaret, regnoq; & subditus gravi & molestus esset. Plura abstinentiae exempla vide apud Gell. l. 2. c. 28. Et l. 4. c. 16. Apud Aihen. lib. 6. c. 8.

**X X V I I .** Extremum Abstinentiae in excessu est voracitas: in defectu nimia abstinentia à cibo.

**X X I X .** Voracitas est Intemperantia à cibo: & in hisce veluti partibus consistit. 1. In nimiā cibi quantitate. 2. In nimiā edendi festinatione, cum quasi certatim voratur. 3. In commestione intempestiva, cum nempe nulla urgente fame major gulæ, quam graviorum negotiorum habetur ratio. 4. Cum suavia salubribus proferuntur. 5. denique cum quis sibi delicatoria, quam convivatis apponit, patinas evoluit, atqui instar militum duxtoris, qui propugnaculum aliquod propugnaturus est, ab omni illud lustrat, meditabundus sedet, consulens secum à qua particula velit auspicari, ut tutius per omnia liceat grassari.

**X X X .** Exemplum hujus vitij admodum famosum est ille, de eo quo refere Vopiscus, quod Imperatori Aureliano in delicijis fuerit, & ad mensam Imperatoris uno die ederit aprum integrum, centum panes, vervecem & porcellum: biberit autē fundibulo ori apposito plus orca: Ita Milo Crotoniensis in Olympico certamine bovem à se ictu pugni imperfectum, uno die integrum devoravit. Ita Clodius Albinus Imperator in Gallia uno accubitu solitus fuit comedere 500. fucus: 100. Persica campana.: Melones Osticiles 10: uvas 20. ficedulas 100. Ostrea 40. capones 10.

**X X X I .** Hoc vitium gravissime detestatur Ecclesiasticus c. 31. Appositis tibi ut sobrius homo vescere, neve te ingurgita, ne venias in odiū. Define primus, civilitatis gratiā, neve sis insatiabilis, ne offendas. Quod si inter complures discubes, noli primus omnī manus porrigere, primusq; potum petere. Nam paululum homini mortato satis est, isq; in cubili suo non anhelat, neque dolorem sentit.

**X X X I I .** Ita etiam in hoc vitium Ethnici sapientes acerrime sunt in recti: Vnde & Diogenes ventrem vitæ charybdim appellabat: teste Laërt. lib. 6. de vitiis Philosophor. Quae de re audi Senecam Ep. 6. Taurus paucissimorum jugerum pascuis impletur: Vna sylva Elephantis plurib. sufficit, homo & terrā pascitur & mari. Quid ergo, an insatiabilem nobis natura alvum dedit, cum tān modica corpora dedisset, vt vastissimorum & dacissimorumq; animalium aviditatem vincemus? minimè. Quantulum enim est quod naturæ datur? parvo illa dimittitur. Homines itaq; ventri obedientes animalium loeo

nume-

numeramus non hominum : quosdam vero ne animalium quidem ; sed mortuorum. Quo nomine Diogenes Aristippum , ut nomen delicatum regium canem non immerito appellabat.

X X X I I I . Licet autem sint longe efficaciora remedia , quae adversus voracitatem pagina sacra nobis suppeditat ( Nempe 1. quod per unum gulæ peccatum mors in universum genus humanum intraverit . 2. Quod Christus ipse non solum in deserto , verum etiam alias pro nostra salute famam passus sit . 3. Quod extreme impietatis sit , per eandem oris portam recipere vitam ipsam , nempe sacrissimum Christi corpus , & mortem , nempe nutrimentum fomentumq; aliorum peccatorum &c. Lud. Gran. in duce peccat. l. 2. p. 1. c. 8. ) interim tamen & hisce cogitationibus , tanquam levis armaturæ hastis adversus hoc vitium aptè & utiliter pugnabis .

X X X I I . 1. In hoc prælio adversus gulam nisi superior fueris , frustra alijs vitiis te oppones . Poteris autem faciliter superare inimicos omnes , alijs , qui foris sunt , ubi primum prostraveris & occideris eos , qui in te inciduntur . Atqui frustra pugnabis cum illis , qui foris sunt , si hostem habeas internum .

X X X V . 2. Memineris divinitate esse liberalitatis , quæ tibi plus largita est , quam alijs innumeris , qui in mundo se felices existimant , & yentrem pane & aqua satiaverint , ( cuius rei exemplum est Lazarus , qui cupiebat saturari mitis de mensa divitias cadentibus Luc. 16. ) Quin ergo omnium iniurissimum fuerit te divitiam istam liberalitatem in gulæ tuae instrumentum convertere .

X X X VI . 3. Cogites ad mensam accedens duos tibi convivas esse reficiendos , corpus scilicet & animam : Corpus quidem capiendo cibum ; animam vero illam temperate & sobrie , non ad voluptatem aut satietatem ; sed secundum Temperantie prescriptum sumendo . Ut enim corpus cibo : Sic anima hac sobrietate & parsimonia tanquam virtute reficitur & satiatur .

X X X VII . 4. Suspendas bilancem , & in una lancium ponas brevitatem & vilitatem gastrimargia : in altera abstinentia pulchritudinem cum fructibus , qui ex illa proveniunt .

X X X VIII . 5. Expendas etiam tecum inter sensus , tactum & gustum esse omnium ignobilissimos : Siquidem non est animal , licet imperfectissimum etiam , quod duob. ipsis sensibus non sit praeditum : quamvis multa sint , quæ reliquos , visum , odoratum & auditum non habeant . Quernadmodum ergo duo illi sunt maximè materiales & reliquis indigniores : sic delectationes , quæ ex illis derivantur , etiam sunt viliores magisq; belluinae cum nullum inveniatur animal , quod ijs non fruatur .

**XXXIX.** 6. In mente etiam veniar, gustus delectationes esse omnium brevissimas. Non enim longius durant quam cibus palatum rancit: a quo mox ubi sejunctus est, perit omnis dilectio.

**XLI.** 7. Deniq; cogites, voracitatem præmaturæ mortis & innumerabilium morborum esse causam, quod confirmat Iuvenal. Satyr. 1.

*Hinc subitæ mortes atq; intestata senectus  
It nova, nec tristis per cunctas fabula canas,  
Ducitur iratis plaudendum funus amicis*

**XLI.** Alterum extreum est nimia corporis maceratio & abstinentia. De quo non est quod multum dicamus, cum nullib; ferè reperiatur.

**XLI I.** Sobrietas est frugalitas in moderato potus usu; nimium ne vel nimium bibamus, aut in modico etiam potu suavitatem plus justo sectemur, Savan. in Ep. Eth. concil. 9.

**XLIII.** Hanc virtutem Romani sibi quam commendatissimā habuerunt, ut ante annum 30. vinum bibere virū quoq; virtus daretur: servo vero penitus esset prohibitum, nisi sacrarum causa & solennibus festisq; diebus: Alex. l. 2. c. 25. Et testatur Val. M. l. 6. c. 3. quod Metellus uxorem fuisse interficerit, quod vinum è dolio bibisset, & quod à Romulo sit cædis absolutus. Sic testatur Fabius Pict. in annal. matronam, quod loculos, in quibus erant claves vinariae, resignasset a suis inedia fuisse mori coactam. Unde Cato resert ideo propinquis feminis osculum dare, ut scirent, an Tenebrosa olerent. Hoc enim cognomen erat Vino, unde & remissio appellatur.

**LXIV.** Extreum sobrietatis in defectu est nimia aversatio potus requisiti: in excessu est ebrietas.

**XLV.** Vitium illud in defectu quod ἀνέῳδος est, cum admodum rarum sit non necesse est, ut de eo pluribus agamus.

**XLVII.** Ebrietas est Intemperantia in potu: quam Basilius Magnus ita depingit: Ebrietas Dæmon est sponte admissus in animos per voluptatem: mater est malitia, impugnatio virtutis, ex forte timidi facit, ex modesto lascivum, justitiam ignorat, prudentiam abolet: & sicut aqua repugnat igni: sic immoderatio vini mentem sobriam extinguat. Item: ut fumus fugat apes: sic ebrietas pellit spiritualia dona. Plura incommoda hujus vitij, & copiosiorem ejus reprehensionem vide apud Horat. lib. 1. Epist. ad Torquatum.

**XLVIII.** Exemplum hujus vitij quondam fuerunt Græci, qui ut plurimum

plurimum Ebrietati operam dederunt, & ob neglectum sobrietatis p[ro]p[ter]a  
mille audierunt. Item Bonosius Imperator, qui ut refert Vopiscus cum se  
suspendio suffocasset, quidam interrogatus, qui temuluntiam eius noverat,  
quoniam esset suspensus? Respondit, non homo, sed amphora &c.  
Item & nos Germani, de quorum proavis iam olim à Tacito scriptum: Di-  
em noctemq[ue] continuare potando, nulli probrum in h[ac] gente.

**XLI**. Hoc verò deterrimum vitium ut vitemus attendenda sunt  
1. Ea, quæ th. 44. & seq. contra gulam præscripsimus 2. ob oculos  
ponantur infinita incommoda, quæ Ebrietas affert cum animo, tū  
corpori. Bene enim Cyrus adhuc puer, cum ex eo quæqueret Astyages, cur  
non vino in convivio esset usus, respondit. Venenū poculo inesse putabā. Nam  
cum natalem tuum celebrares, vidi pincernam vobis venena infundentem. Quod  
miratus Astyages inquirit, qua ratione illud factum esset. Ad h[ac] Cyrus: Hinc  
inquit, illud collegi, quod neq[ue] corpus neq[ue] mens vestra officio suo fun-  
gi poterat. 3. Ebrii nos in speculo contemplamur, id quod Plato suafit,  
ut auctor est Laertius l. 2. siquidem ita futurum est, ut rei fœditate à tam de-  
formi vitio deterreamur. à quo non procul abest, quod Anacharsis interrogatus,  
quomodo Ebrietas evitare posset? Respondit: si Ebriorum cruxenti vultus &  
turpissimi mores continuè apud animum volvuntur. Videatur Plutarchus in vie-  
ta Demetrii &c.

**XLIX**. Sic fuit hactenus frugalitas, succedit jam Castitas, quæ est  
temperantia in moderanda Venere, ut nempe 1. à licita abstineamus,  
2. & in licita etiam modum observemus.

**L**. Veneris autem nomine intelligimus tam voluptatem in ba-  
sijs, amplexu, colloquijs, & gestu corporis, quam in ipso actu vene-  
re. Vnde varij hujus virtutis gradus oriuntur pro diversitate perso-  
narum, à quibus illa requiritur.

**LI**. 1. Nam primo in universum ad omnes status & ætates perti-  
net omnem evitare lasciviam, circa amplexus, oscula, vestitum,  
incessum &c. Quod communis nomine & absolute Castitas dicitur. Sic apud  
Athenienses lege cautum fuit, ut mulieres minus verecundè in publico ince-  
dentes mille drachmas penderent. Socrates quo vultu domo exhibat, eo ipso domū  
redire solitus est. Etenim mollitatem & inconstantiam animi crebra vultus muta-  
tio indicat. Hinc rectè Augustinus de Christiana fide ait: Ne dicatus vos habere  
animū pudicos, si habeatis oculos impudicos. Prætere a bono eic. i. off. Quæ na-  
tura occulta esse voluit eadem omnes, qui sanâ mente sunt, removet  
ab oculis, ipsiq[ue] necessitatib[us] dant operam, ut quam occultissimè pare-  
ant. Videatur Damascus l. 2. Eth. Christ. c. 14. p. 220. & seq.

**LII.** In Iuvenibus & puellis, adeoq; omnibus non conjugatis requiritur virginitas. Quacunq; enim virtute polleas, quibuscunq; operibus studeas, si cingulo castitatis careas omnia per terram trahes. Hieron. In quam sententiam optime Melambon.

*Vt cum de statua facies formosa remota est,  
Non decus in reliquo corpore truncus habet.  
Sic reliqui mores spreti sine honore jacebunt,  
Ni sint ornatilaudē pudicitia.*

Cujus virtutis exemplum in sacris est Iosephus Gen. 29. Iohannes Baptista, filia Philippi Apostoli Actor. 21. Apud prophanos Ethicæ castitatis illustre exemplum est Scipio Major, qui a sponsa alterius abstinet etiam captiva, ipse & juvenis & Imperator.

**LIII.** 3. In conjugatis hæc sequentia requiruntur. 1. Reverentia in cognatum sanguinem, ne quis sibi jungat cognatione aut affinitate vicinorem. Omnis enim homo ad proximum sanguinis non accedat, utrevelet turpitudinem. Levit. 18. 6. Sacer enim non polluat nurum suum, frater sororem &c. Ezech. 22. 14. Pater & filius iverunt ad puellam, ut violarent sanctum Dei nomen. Amos 2. v. 2. 2. Fides conjugalis; 1. ne ab ea, quam aliquis sibi semel junxit, exire casum ad adulterij sedeat, aut eam deserat, vel simul cum alia rem habeat 2. sed eam vero & non simul ut amore semper & ubique prosequatur. Lætare cum uxore adolescentiæ tuæ &c. Prov. 5. 18 quam diligis omni tempore Eccl. 9. v. 9. Exemplum conjugalis hujus fidei in sacris est Isaac & Rebekah; Jacob & Rachel; item Susanna. Apud prophanos Penelope. Itan Dionylins Junior Hieroni cuidam-exprobrabat oris graveolentiam. At ille cum uxore expostulabat, quod id sibi nunquam indicasset: Tum illa, putabam, inquit, omnes viros ad eundem modum olere. Id quod eximum est pudicitiae argumetum, quæ nulli viro tam vicina fuerit ut oris halitum sentire potuisset præterquam uni marito. Sic de Germanorum proavis refert Tacitus, quod adulterium apud illorū pāne inandrum fuerit, & si quis eo se polluisse, gravis punitio & pena fuerit affectus.

Ita scribit Valerius Max. de Graccho, quòd angribus domi sue mare, ac famam apprehensis, cum certior factus esset ab artifice, si famam necarer, dimissa famella, sibi moriendum esse, salvus & in columi superflue uxore, marem necare iussit, & famam dimitti. Ipse triduo et apud secepit, ut peribit memorat. Vide opt. apul. Schne. parte 1. Pedag. p. 172.

Extrē-

LIV. Extremum castitatis in excessu est libido; in defectu est affectata omnis veneris detestatio.

LV. Ad libidinem refer. i omnem scortationem, fornicationem, adulterium, &c. Cujus exemplum in sacris est David. 2. Sam. ii. Mulier peccatrix Ioh. 8. Apud prophanos Messalina Claudi Imperatoris conjux, quae ut ad satietatem se ienere exploreret hyssa prosternitur mulier nomen mentita saepe lupanar sub noctem adiens cum fornicatis meretriciis quas tuus scortus concueravit, ex refæda summa palmarum sibi 25. Virorum congreſſu querens, & lassata vires nec dum faciata recessit, ut loquitur Sætyrus. 2. Conenbitum masculorum siue Sodomiam. De qua Levit. 18. v. 22. 20. v. 13. Gen. 19. 1. Cor. 6. v. 9. 1. Tim. 1. v. 10. De hoc peccato Augristini sententia vere aurea est: Adulterij malum vincit fornicationem: Vincitur autem ab incesto: Sed omnium horum peccatum est, quod contra naturam fit, quale hoc est. Vide Dan. in Echies Christ. l. 2 c. 14. p. 214. 3. Incestum. Sic Loth cum suis filiabus rem habuit Gen. 19. Nero cum matre Agrippina. Sic ante aliquot annos Erfurdiæ fuit honesta quædam matrona, quæ incerto & enormi lapsu rem habuit cū filio suo & ex eo concepit filiam, quā filius postea ignorans illam suam esse & sororem & filiam duxit in uxorem. Selne. l. d. p. 179. Imo supra omnes gradus incestus fuit Pontifex Romanus Alexander, qui Lucretiam in se gestit amicu[m] uxorem duxit, eandemq[ue] postea suo filio despondit. v. 11, ex Epitaphio eius videtur est, quod sic habet.

Hoc sita in tumulo Lucretia nomine; sed re Thais Alexandri filia, nupta, nurus.

4. Bestialitatem. De qua Levit. 18. v. 23. 20. v. 15. & 19. Exod. 22. v. 19. vide Dineum l. d. p. 215.

LVI. Alterum extremum castitatis nomine caret: res etiam rarior est, nisi postremis his temporib. in Monachis & monialibus virginitatem non sinceram affectantibus. Et pertinent huc i. Omnes olores mulierum, quæ fuit Diogenes, qui optavit, ut omnes mulieres de arboribus suspenderentur. Quod riser exemplum Pauli Abbatis, de quo Georgius Major in ritu patrum p. 202. 2. Contentores conjugij. Ita Lutherus scribit, fuisse VVitebergæ Doctorum Legatum Regis Galli, qui affirmavit, Regem suum certum esse, apud Lutheranos nullum magistraru[m], nullum coniugium esse & commixtiones variæ sine discrimine exerceri. Item illi qui vim corpori suo imulerint, ut ab omni voluptatum, non

solum vsl; sed etiam incitamento immunesseat. Id quod Origenes  
facit avit, qui ad Venerem evitandam seipsum castravit. Fic. in Plat. Theol.  
l. 9. c. 3.

LVII. Remedia contra perversum ardorem prescripsimus generaliter disputatione nostra quinta, quae hic multis repetere plane supervacaneum esset. Beatus ille noster Gesnerus in concione in 2. Sam. c. 13. Contra Ammonis morbum (ita enim vocabat) hoc spirituale collyrium statuebat, quo ipso etiam hanc nostram disputationem claudemus.

1. Ora. Matth. 26. v. 41. Exinde & David orat, Domine averte oculos ne videant vanitatem. 2. Labora: ociositas enim multā docet nequitiam ut Syracides loquitur, &: Ocia si tollas periere cupidinis arcus: Ovid: l. 1. de remedio. Amor enim et libido ociosorum est negotium, quod hic affectus potissimum occupet ocio deditos: ita sit, ut dum ocio vacat, in rem negociosissimam incident Dioge. apud Laert. l. 6.

Queritur Ægistus, quare sit factus adulter?

In promptu causa est, desidiosus erat.

3. Fuge, ignis enim & stipule ubi coniuncte fuerint facile flammam concipiunt, & sine negocio deslagrant. Devita ergo occasionem, ut devites ipsum peccatum. Job. 31. v. 1. Pepigi fœdus cum oculis meis ut ne cogitarem quidem de virgine. Ecclesi. 4. v. 9. Averte faciem tuam à muliere comta & ne circum spicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierunt et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. 4. Time. Omne enim impudicum venerem, que nescio quid coeni abligurit animo Deus paenit tunc corporalibus tum spirituibus punire solet. Adulter cogitat quis me videt? Syracid. 23. Sed habet inde cauteriatam conscientiam & non erit mundus si tetigerit uxorem proximi prov. 6. 29 Scortatores non pessidebunt regnum Dei. 1. Cor. 6. v. 9. sic Num. 25. propter stupra 12. principes suspensi sunt, & interfeceta 24000 hominum. Levit. 18. Cananaj delentur propter incestas libidines. Jud 20. pene tota tribus Benjamin deletur propter stupratam Levitæ uxorem. Sic & Troja deleta est propter raptâ Helenâ. Româ reges electi sunt propter stupratam Lucretiam &c. 5. Esto temperans, Sine cerere enim & libero friget Venus. Non igitur intuemini vinum si flavescit &c. prov. 23. 21. 31. Decipit enim parentem. Heb. 2. 5. vt errret Esa. 28. Quod patet in Noah Gen. 9. v. 21. Lotho Gen. 19. 33 de quibus paulo post. 6. Noli uti consilio Jonodab (2. Sam. c. 13.) nec audi vetulas conciliaturas exercentes (Sen. Ep. 98.) Hütte dich für Jonadabs rath und Küblerlein.

Nos

Non audet Stygius Dæmon, tentare quod audet  
Effrænis Monachus, plenaq; fraudis anus.

6. Deniq; si extra conjugium castè vivere non potes, eo utere.  
Melius est enim nubere quam uri, & honorabile fit conjugium in omnibus  
Hebr. 13. 4.

Et tantum de temperantia dñe dixisse sufficiat: nunc pro more  
nostro de non nullis queramus ulterius.

## QVÆSTIO I.

An objectum temperantiae rectè constituantur voluptates  
gustus & tactus & num & quæ circa utrasque  
versetur?

Prins ex Aristotele asserimus th. 6. Rationes Philosophi prohaec  
sententia sunt: voluptates istæ, circa quas moderandas tempe-  
rantia occupata est, aut sunt animi, aut corporis. Non animi. Quia  
animi voluptates sunt, quæ animum suavi aliqua commotione affi-  
ciant: & percipiuntur. 1. Ex cognitione rerum & contemplatione. 2. ex  
actionibus virtutum. 3. Ex conversatione & colloquio amicorum. 4. aut ex  
adeptione carum rerum quas experimus, ut sunt honores, opes, divitiae, conjux  
libri, & omnia et aquæ in numero bonorum habentur, & ab hominibus solent  
expeti. Qui vero ejusmodi res nimium etiam amat, non potest dici intempe-  
rants, nec qui moderate amat, potest dici temperans, sed tantum amans be-  
rum rerum. V. g. qui amat honores, dicitur Κλέματος, qui amat pecuniam,  
dicitur Κλεψίματος &c. Atqui temperantiae est versari circa eas vo-  
luptates propter quas temperantes vel intemperantes dicimur. E.  
relinquitur quod objectum temperantiae sint corpori voluptates.

2. Corporis voluptates sunt quæ corpus & sensus nostros jucun-  
da aliqua commotione afficiunt: suntq; quintuplices, secundum  
quinq; sensus. Alia enim percipiuntur ex visu: alia ex auditu, alia ex odo-  
rato: alia ex gustu: alia ex tactu. Iam vero temperantia non versatur  
circa eas voluptates quæ visu auditu, & odoratu percipiuntur. Ra-  
tio. Quia nemo per se dicitur intemperans aut temperans, qui nimium aut  
mediocriter gaudet aspectu colorum, figuratum, pictarum, aut auditu  
cantilenarum: aut odoratu aromatum, rosarum, & similius; sed tantum  
per accidens, quatenus nimiram per ejusmodi voluptates simul in homine  
prævus excitatur appetitus. V. g. non eris intemperans etiamsi etiam-  
nimium pascas oculos aspectu formosæ alicujus Nymphæ; sed  
tantum

tantum per accidens, quatenus eo aspectu, exitatis ad turpem, libidinem. Tum enim non amplius gaudes solo aspectu; sed gaudes, quae pueria ista te peccatum speras: non secus ac leo gaudet aspectu cervi, aut capellæ agrestis, nō quod videre aveat, sed quia dilaniare cupit. Quo spectant venusta illa ex Epiceto: Si voluptatis alicuius imaginem, animo conceperis, moderare tibi, ne ab ea movearis: sed & rem examina & tibi ipsi deliberandi spacium præbe. In Enchridio cap. 56. Ex quibus sanè conficitur temperantiam, non versari circa omnes corporis voluptates; sed tantum circa eas quæ sunt gustus & tactus.

3. Proprium officium temperantiae est, ita hominis appetitum moderari, ut in voluptatibus experientis aut perfruendis non exceedat modum, & similis evadat bestiis, quæ circa ejusmodi voluptates modum non possunt observare. Atqui voluptates gustus & tactus nobis cum ipsis bestiis sunt communes. Gellius lib. 9. Noct. Attic. c. 2. l. 7. Ergo. &c. Arist. 3. Nicom. 10.

Quoad posterius respondemus itidem ex Philosopho magis circa Voluptates gustus quam tactus temperantiam esse occupatam. Quarum enim voluptatum plenior est perfrutio circa illas magis versatur Temperantia. Virtus enim est versari circa difficultiora. Longè autem majoris momenti est resistere illis voluptatibus, quarum plenior est perfrutio, quam quarum minor. At qui voluptatum tactus est plenior perfrutio: id quid patet i. exemplo eorum qui vina, cibos, & obsonia gustant & explorant. Hi enim leviter dunt axat & quasi primoribus labris illa attingunt, quia in re aut nulla aut per exigua certe est voluptatis perfrutio. 2. exemplo Philoxeni qui ut plenius perfrui posset. Voluptate gustus optabat sibi dari collum longius, quam gruis, eo ipso innuens longè maiorem & diuturniorem esse voluptatem tactus, quam gustus. 3. Ratione. 1. Quia gustus tantum est in exigua corporis parte, nempe in lingua & palato, atq; idcirco leviter percipitur, & cito iterum evanescit. Tactus vero per totum corpus diffusus est & in paribus corporis omnibus percipitur. 2. Gustus per se nullam videtur afferre voluptatem, nisi ratione tactus, quatenus nempe cibus vel potus attingit nervos, aut membranae quæ tactus instrumenta sunt. Concludimus ergo i. objectum temperantiae esse: non animi; sed corporis voluptates. 2. Non omnis corporis voluptates sed quæ ex tactu & gustu percipiuntur. 3. principaliter hanc virtutem circa tactus, sed minus principaliter circa voluptatem gustus versari: hactamen limitatione additâ quod ab hac se jungenda sunt illæ voluptates.

Iuptates tactus quæ honestæ sunt & liberales, ut sunt illæ quæ ex frictione & calfactione corporis petcipiuntur, sanitatis aut roboris confirmandi gratiâ. Vide de hac questione *Danæum* lib. 3. Eth. Chr. cap. 4. Iam quaramus alterius.

## QVÆSTIO II.

Quomodo dolores & fortitudinis & temperantiae objectum esse queant?

Docet Aristot. 3. Nicom. cap. 10. Dolores non tantum fortitudinis, sed & Temperantiae objectum esse. Quæritur ergo qui illud stare possit? Respondemus cum Philosopho per distinctionem. Versatur fortitudo per se circa dolores, quatenus docet, quomodo viro forti dolores sint moderatè ferendi, neq; nimium fugienda, ut propterea velit aliquid committere, quod sit contra honestatem. Temperantia vero & intemperantia solum per accidens versatur circa dolorem, quatenus nimirum absentia voluptatum homini intemperanti affert dolorem. Dolet enim se non posse frui voluptatibus, quæ res ei affert dolorem, Mag. in 3. Nic. cap. II.

## QVÆSTIO III.

An circa communes & proprias cupiditates homines eodem modo peccent?

Duplex in homine est cupiditas. Communis seu naturalis: Et propria seu ascititia. Naturalis cupiditas est appetitio alimenti & rei venereæ à natura nobis insita, cum propter individui, tum speciei conservationem. Propria cupiditas est appetitio quæ vel ex naturæ instinctu, vel instituto voluntario, aut ex peculiari quodam affectu, aut ex quadam opinione & persuasione existit. Et sic tot ferè peculiares sunt cupiditates, quot ferè sunt homines: Vnde Cic. l. 1. finibus ait: Taliū cupiditatum neq; modum neq; finem reperiri: dum enim una expletur, subinde alia ex alia existit. Iam hīc in controversia est, nūm circa hasce cupiditates communes & proprias homines eodem modo peccent? ubi negativæ cum Philosopho 3. Nic. c. II. & nos subscribimus. Circa cōmunes e. cupiditates. 1. pauci 2. uno tantū modo peccant nempe secundum excessum, cum enim naturalis cupiditas sit tantum impletio defectus: idcirco illi qui plus cibi ac potus assumunt

C

quam

quam opus est, naturam vincunt, & calorem naturalem extingunt non secundum  
ac si quis candele nimum sœvi vel ceræ vel olei affundat. Vnde etiam yaspi-  
nagoy, heluones, larcones comedones &c. appellantur.

Circa proprias vero voluptates & plures peccant & pluribus  
modis. 1. Quia expetunt voluptates non expetendas, vel quia earum usus  
naturæ noxious est, vel quia odio & pœna dignæ sunt. 2. Quia quantitatem ex-  
cedunt & nimio modo voluptates expetunt. 3. Quia vulgi more & nullo ha-  
bito vel sui vel rerum respectu quibusvis cupiditatibus se abripi patiuntur.  
4. Non modo convenienti voluptates exposcunt, nec ea, qua par erat, ratione.  
5. Quia cupiditates expetunt tempore & loco, quibus non decebat. Aristote-  
les l. d.

## QVÆSTIO IV.

An intemperantia sit turpius crimen  
quam timiditas?

Affirmamus cum Aristotele lib. 3. Nicom. cap. 12. Pri-  
mo omne vitium quod magis voluntarium est, eò majorem repre-  
hensionem incurrit. Spontanea enim si bona sunt merentur laudem: si mal-  
la vituperationem. 3. Nic. c. 1. Atqui intemperantia magis est spontanea  
quam timiditas. Ratio quia intemperantia versatur circa voluptatem: ti-  
miditas vero circa dolorem. Homines autem invitè ridentur perferre dolorem,  
voluptatibus autem non invitè indulgere. II. Ad quam virtutem homines  
facilius assuefieri possunt, ejus contraria vitia majori etiam repre-  
hensione sunt digna. Atqui ad temperantiam facilius homines possunt as-  
suefieri, quam ad fortitudinem. Prius enim illud caret periculo & conjunctum  
est magna cum utilitate: posterius autem maximè est periculosest & plerum-  
que homines, antequam habitum fortitudinis consequantur, pereunt: sapientia  
contingit, ut qui sunt fortissimi, citius occubant, quam alij: Nam optimæ  
quæque fere manibus rapiuntur avaris: Implementur numeris, deterio-  
ra suis. Ergo. Arist. 3. Nicom. cap. 12.

## QVÆSTIO V.

Vtrum heluo temperans sit habendus, qui febri-  
citans à vino abstinet? Item is qui per naturam sibi  
abstinet ab odoribus, etiam suavissimis  
vel ab esucarnium?

Re-

Respondemus neutros dici temperantes. 1. quia helluo febricetis, coactus id facit ex medici præscripto. 2. In alijs est & duorum seu imbecillitas naturæ. Atque temperantia est habitus: ubi nec & duorum nec coactus quicquam loci habet: Sic & sancti nostri patres Carthusiani, qui toto anno carnibus abstinent, piscibus vicitantes, nihilo magisterperantes censendi sunt quam ipsi heluones. Ratio est: 1. quia habitus est actio libera neq; implicat contradictionem. Atque carnium commestio iam non est libera, ubi votum adest. 2. pisces pro cibo delicatissimo semper sunt habitus ideoque & monachi isti omnium delicatissimi habentur. Est tamen nostrum aliquod a sarcophagias privilegium, quod cimicorum incursionibus nemo Cartusianus velletur. Affirmat id temere Cardanus: ridet non inepte Scaliger Exerc. 246. s. 5.

## QVÆSTIO VI.

Vtrum cupiditas 1. per se sit mala, 2. an nobis sit naturalis, utrum primi ejus impetus sint peccatum, et si plenus voluntatis assensus non accedat?

De distinctis distinctè respondemus. Et primo quidem concupiscentia per se non est mala, tum quia est actio naturalis hominis, tum quia ab ipso Deo homini est indita: sit autem mala duntaxat per accidens, quatenus dirigitur in obiectum illicitum & prohibitum. Proinde quando dicitur in decimo præcepto decalogi. Non concupisces. Item cum Paulus dicit Rom. 7. Se ignorasse concupiscentiam esse peccatum, nisi Lex dixisset, non Concupisces. Item cum Jacobus in sua Epistola c. 1. inquit, unum quemque à sua concupiscentia illectum ac inescatum tentari: ea inquam scripturæ dicta non genere de qualibet concupiscentia, sed per synecdochen generis sola de concupiscentia illicita & verita, quæ scilicet pugnat cum caritate Dei & proximi intelligenda sunt, alias concupiscentia quando dirigitur in obiectum licitum, tantum abest, ut sit mala, ut etiam cum lege naturali & divina maximè consentiat.

Cupiditas consideratur 1. ut jam expositum est, secundum essentiam prout est potentia naturalis, quâ appetimus cibum, potum &c. Et sic inest nobis à natura, 2. secundum suâ exsuperantiâ, prout est actus inordinatus, & sic nobis à natura non inest. Probamus 1. Quia nullum vitium est naturale, sed præter naturam. 2. Naturalia sunt perpetua. Atque concupiscentia vitium in altera vita homini non amplius est adhesum. Disserit Bellar. lib. 5. de statu peccati c. 5. ubi disserit afferit quod concupiscentia homini in puris naturalib. condito fuerit naturalis

A Bellarmino facit etiam Andradius, & reliqua ista Scholastico-  
rum Doctorum colluvies. Verum ne fucum nobis faciant Mona-  
chi, respondemus eis, Naturale multifariam dici: sed præcipuas  
significationes hujus vocis esse hæc duas. 1. Naturale significat  
vel id, quod essentiam rei constituit, vel quod ab hac essentia, tan-  
quam proprium subjecti fluit. Et hoc significatu cupiditas inordi-  
nata homini neutquam est naturalis, sed præternaturalis. 2. Na-  
turale dicitur id, quod simul cum subjecto nascitur, ut cum non  
nulli morbi dicuntur esse naturales. Atque hac significatione cupi-  
ditates inordinatas etiam nobis naturales esse non imus inficias.  
*Confer disput. 3. quest. Vbi de hac re plenius à nobis actum fuit.*

**I.I.** Assertio Papistarum est primos istos motus cupiditatium: qui sine ulla præcedente cogitatione aut voluntatis deliberatione hominem invadunt non esse peccatum, etiam Theologicè loquendo. Potissimum fundamentum, in quo causæ suæ præsidium collocant, test hoc Quia videlicet hi motus non sunt voluntarij. Quicquid autem non est voluntarium, illud nec peccati habet rationem.

Affirmativam nos tuemur ex his fundamentis: 1. Tota concupi-  
scientia peccarum est, videlicet eo modo, quo dictum est. Ergo ego  
ejus initium, sive primum punctum necessariò erit peccatum. 2. Lex Dei accusat & damnat non tantum voluntarium istum concupiscendi actum, sed ipsam  
naturalem ad malum proclivitatem. E. aut verè peccata sunt, aut judicium  
Legis divinæ non est secundum veritatem, quod posterius vel cogitare nefas est.  
3. Deus serio ab hominibus eiusmodi flagitat dona & facultates, quæ his de-  
fectibus & pravis inclinationibus è diametro opponuntur. Ergo Defectus illos  
& inclinationes tanquam peccata aversatur. 4. In multis scriptura  
locis hæc mala Spiritus Sanctus tanquam peccata accusat Genes. 6. p. 5.  
& 8. vers. 21. 5. Confirmat hanc nosferam hanc affirmativam multiplex  
inscripsit, ipsaq. Mors, cui infantilis aetas obnoxia. Atqui peccati sti-  
pendium mors est Roman. 6. vers. 23. adeò ut ubi mors, ibi & peccatum,  
& ubi non peccatum, ibi nec mors locum habere queat.

Proinde quod ad fundatum illud Papisticum, nega-  
mus nullum involuntarium esse peccatum. 1. quia peccatum Originis  
verè peccatum est, etiamsi assensum voluntatis nostræ non includat. 2. motus isti  
non sunt prorsus involuntarij. 1. quia nostra voluntate eas attraximus. 2. quia  
voluntas, quæ est appetitus rationalis, semper est conjuncta cū appetitu sensitivo.  
Ita quidem, ut ipse appetitus sensitivus in homine proportionaliter respondeat vo-  
luntati.

luntati. Sed hæc ad Scholas Theologorum pertinent: Sufficiat hic digitum inten-  
disse. Vide magnum istū Chemnitium p. 1. Ex. Concil. Trid. p. 88 & seq. Item part.  
2. Loc Theol. in Expl. 9. & 10; præcept. p. 249. Confer Hunnium in quæst. in Gen.  
c. 3. in illa quæstione: Si Eva ex Suggestione serpentis concepisset cupiditatem  
edendi pomi vetiti, eam verò rursus domiisset, ne in actum prorumperet: an pra-  
ra illa cupiditas nihilominus ei fraudi fuisset?

## QVÆSTIO VII.

An in Republ. benè constituta lupanaria  
toleranda?

Pro affirmativa fortè hæc rationes poterant afferri: i. quia reme-  
diū propriarum voluptatum in eo possum est, ut ad communes  
voluptates transferantur. At qui scortatio à communi appetitu pro-  
venit: adulterium verò, incestus, stuprā proprio. Bene ergo pater  
quidam cum filium suum amore insano nobilis matronæ correptum videret,  
eumq; de vita periclitari animadverteret: summis ab eo precibus contendit, ut  
priusquam ad ill. im accederet premiscuā venere in subura uteatur. Paruit  
filius: & sic restincto aliquantulum libidinis incendio, ritæ suæ consuluit, omniq;  
metu patrem liberavit. Val. l. 7. c. 3. Ita Crates Cynicus Philosophus  
filium ephebum manu prehensum in Lupanar deduxit: Et huc tibi patrius tho-  
rus esto, inquit, naturæ sufficiens, nemini molestus, planeq; Comi-  
cūs mæchi verò tragicos sortiuntur exitus, & cum brevissima volu-  
ptata salutem suam comutant. Lært. l. 6. c. 5. Quod facit apophthegma  
Catonis apud Horatium in Epistolis ad quendam hominem clarum, cum exiret  
fornice, dicentem: Maestate virtute esto &c. 2. Cum inter duo mala neu-  
trum sit eligibile, alterum tamen altero minus grave videa-  
tur communis scortatio inter omnes alias libidinum species  
majori venia digna judicatur. Zwing. in lib. 3. Nicom c. 11. 3. Neminem  
injuria afficit, qui cum meretrice miscetur. Si enim meretrix maneat  
meretrix, iure civili non panitur, neq; coercetur, que cum meretrice concubit.  
4. Quo nomine Lex civilis Romanorum, attestans Danao, Lupanaria  
non tollit, neque meretrices damnat, quas veluti usuras quoq; maioris  
periculi vitandi gratiâ homines politici concedendas esse contendunt. Aut enim  
Idus sæpe in honestorum virorum prædijs lupanaria exerceri in l. An-  
cillar. Sed & pensiones. Ita & D. Augustinus ex suorum temporum moribus  
scribit lib. 14. de Civit. Dei c. 8. Scorta quidem à civitate terrena licita

G 3 esse

esse, permittiq; adeo, ut vim illis inferri lex civilis vetet, & in ea-  
rum invitarum aedes quenquam irrumperem, quemadmodum narrat  
& scribit A. Gellius lib. 4. Noct. Att. cap. 14. Quas Romanas leges lupana-  
ria concedentes graviter reprehendit Salvianus Episcopus lib. 7. & Barba-  
rorum Vandalorum legibus impuriores esse docet. Vide Danaum I.  
2. Eth. Christ. c. 14. p. 212. 4. Quidam ex sanctis patribus teste Zwin-  
gero in 3. Nicom. c. 10. lupanaria concesserunt, ne videlicet incestus libi-  
dinibus omnes domus polluerentur. Longe cum melius & consultius ipsis vide-  
batur, si una domus libidini prostitueretur, quam si passim per omnes oppidi  
domos pervageretur.

Quam in sententiam & Petrus Gregorius Tholozanus inquit: Dico  
lupanarium approbationem nunquam placuisse bonis viris etiam  
Ethnicis multò minus qui leges Deicolant. At aliquando tolera-  
se bonos, ad evitandum majus malum: non secūs quam videmus  
principes non probare asuras, sed tamen aliquo modo permettere,  
frango ad certam summam usq; injecto, ne crudeliter ex arbitrio  
fœneratores in pauperes grassarentur, & ne, si omnino inhiberen-  
tur, avaritia crudelius illius mutuum denegaret. Sunt loca, in qui-  
bus tam corrupta est juventus, & mores ita impij, ut si meretrices  
publicæ omnino tollantur, futurum sit matronarum & nuptiarum  
& virginum periclitari pudicitiam, libidine procacium, & quod  
nefandum est, etiam attentandum puerorum concubitum. Et pro-  
inde permittuntur sordes sordescientibus, & ut, qui in sordibus  
sunt, sordescant adhuc ne aliorum aut aliarum honestatem incen-  
dio libidinis violare attentent. lib. 14. de Repub. cap. 1. pag.  
10. 52.

Pro negativa facimus nos thes. 65. & seq. quando omnem scortatio-  
nem extremis castitatis accensemus. Neq; est, ut pro hac sententia, quæ  
& scripturis sacris & decretis Philosophorum satis validè commu-  
nita est, hic multas colligamus cohortes. Rem omnem paucis  
complectimur, & rationibus in affirmativam sententiam allatis  
respondemus. 1. Ad evitandam scortationem matrimonium  
divinitus institutum est. Quilibet enim, inquit, Aposto-  
lus, habeat propriam uxorem ad vitandam scortationem. Vide  
plura remedia th. 69. 2. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.  
Roman. 3. v. 8. 3. Qui cum meretrice miscetur, se ipsum laedit & deho-  
nestat, ut ait Ausonius. Hinc Paulus scortationem nos fugere iubet, inquiens:  
Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui  
autem fornicatur in corpus suum peccat. Quod Hyeronimus sic exponit:

Forniz,

Fornicatio non solam conscientiam fornicatoris, sed & corpus masculat, & cum meretrice unum corpus efficit, & per eccat in corpus suum, dum templum Christi, facit esse templum meretricis. 4. Quotquot in Christo baptizati sumus, facti sumus Christi membra. Ergo non licebit ulli etiam magistratui concedere, ut membra Christi fiant membra meretricis. 5. Quid Lex civilis Romanorum permiserit, & quid etiam nunc permittat. Quam bene, in id non est nostrum inquirere: interim certum est eodem modo eademque de causa à Deo damnari, qui cum scorno coit, atque qui cum alia qualibet muliere. 1. Cor. 6. v. 16. Prover. 7. v. 10. &c. 8. v. 13. Eccles. 41. v. 29. & 9. v. 26. Proinde Christianorum principum legibus. Quicquid etiam dispuretur, tolli debent lupanaria, quod Romæ fecit Theod. Magnus. ut tradit Socrates l. 5. c. 18. Histor. Eccl. & id fieri disertè præcipit lex. Deut. 23 v. 17. 6 Patribus, si qui forte fuerunt, qui lupanaria toleranda esse duxerunt, aliquotum patrum autoritatem facile opponimus. Instar multorum sit nobis Augustinus, qui in l. de adult. coniugis aperte pronunciat, concubitum cum meretrice esse damnum. Item in questionibus in Deut. ait, Meretrices esse. & ad meretrices accedere divinitus prohibiti sunt esse. Ita Salvianus laudat Vandalos & Gothos, quod vel contactum ipsum meretricum horrerent, & compellerent eos, si quae essent in urbibus a se capti inventæ, ad maritalem thoracem transire. 7. Denique passim sunt obvia exempla, quæ horribiles pœnas, non modo scortatoribus, sed & in scortationes consentientibus à Deo infictas esse, clarissime attestantur Basilenses, pio instituto per quadrinnum sere lupanar publicum sensim abolescere permiserant, & meretrices omnes exegerant. Non multo post ad privatas libidines sedandas quidam prostibulum novum priore illo & nobilius & amoenius erigere tentabant. Iamque rem eò deduxerant, multum licet reclamante Oecolampadio, ut publica domus ad D. Albanum huic muneri destinaretur, cum sereno cœlo fulmen in vicinam turrim, in quo pulvri aliquot cadere reposui erant, decidit: illa ergo è fundamentis eversa lupanar quoque dumecit, anno Salv. 1526. ardente canicula. Quo portento territus Magistratus, & D. Pauli Consilium amplexus: Non esse faciendum malum, ut eveniat bonum, scortationem sovere destitit. Zwing. in Theat. vol. 9. l. 3. p. 2275. Vide huc de re gravissime disserentem Selnei parte. 1. pag. 178.

## QVÆSTIO VIII.

An & quomodo Noah peccaverit, quod vino inebriatus, & disco opertus in tabernaculo jacuerit. Gen. 9.

Plerique

Plerique patres negant usum vini ante diluvium fuisse (Videatur Chrysostomus hom. 29. in Gen. ubi hoc ipsum aliquot rationibus evincere conatur) Idcirco statuunt Noachum ex imperitia tale quid commisso, quod nempè nec vidisset ante, nec cognovisset vim vini. Hinc Basilius in concione de jejunio ita scribit. Post diluvium vinum repertum est. Noë exemplum gerit sobrietatis, qui vini usum ignoravit. Nondum enim venerat in vitam mortalium, nec in usu & consuetudine habebatur. Cum igitur neq; vidisset, neq; bibisset vinum, Noë ipsius documento Iesus imprudenter cecidit. Theodoretus vero q. 65. in Genesim ita sentit, quod Noas ignoraverit non modo τὸ ποστὸν, quantum sit bibendum, sed etiam τὸ πότον, quomodo sumendum vinum, quod nimirum aquâ diluendum: ac insuper, quod nihil novi passus sit, cum reiectis femoribus ita jacuit, cum multi secundum quietem ita jacere soleant: Quibus rationibus ille Noachum ab omni culpa absolvit.

No, shac de quæstione quid statuendum, certis includemus aphorismis.

I. Duplex est Ebrietas, 1. Alia est saturitatis & liberalitatis, de qua legere est Gen. 43. quod nempè fratres Iosephi biberint, & inebrati fuerint cū eo, & Ioh. 2. Cum inebrati fuerint. De qua phrasi Augustinus quæst. 144. Super Gen. ait: *Hoc verbum pro satietate poni solet in scripturis. Vnde est illud Psal. 64. Visitasti terram & inebriasteam &c. 2.* Alia est temulentiae & insaniae quæ in scripturis gravissime damnatur. Os. 4. Prov. 20. Syr. 19. Gal. 6. Atqui hujus quidem posterioris ebrietatis Noah non potest argui: siquidem per hanc Spiritum sanctum excusisset, cum tamen evigilans retenti Spiritus Sancti documenta edat minimè dubia. Ex ejus enim afflatu, i. Benedicit Sem. 2. Maledicit Chan. 3. Vaticinatur de vocatione gentium ad regnum Christi.

II. Interim hoc factum Noë nec ad concessam & licitam hilaritatem, de qua substantia, referri poterit. Cum enim hæc culpæ careat, sane totius orthodoxæ Ecclesiæ vox damnanda foret, quæ in Noah lapsum agnoscit. Sic enim Augustinus: *Quam primus mundus decipere non potuit, ebrietas fecellit. Hieron. in Epist. ad Occan. Noë ad unius horæ ebrietatem nudavit femora, quæ per sexcentos annos contexerat. Clem. Alex. lib. 2. paedag. c. 2.* Noë indecora ebrietas scripta est, ut ebrietatem quam maximè vitemus, manifestam scriptisq; mandatam lapsus imaginem habentes.

III. Pro-

III. Proinde statuimus factu Noachi partim fuisse licitum, partim illicitum. Licitum fuit, quoad sancti viri <sup>2500</sup> & <sup>400</sup>, quod nempe non ex proposito se inebriavit cum ob hoc peccatum mundum diluvio deletum minime ignoraverit: sed diluendi mæroris & iustæ hilaritatis ergo vinum sumpsit. Quo nomine multæ sunt quæ ipsum excusare possunt 1. scriptura dicit. Date saceram mærentibus, & vinum his qui amaro sunt animo Prov. 31. Et vinum ideo à Deo conditum est ut lætificet cor hominis. Psal. 104. At qui Noë tumerat sanè mastissimus & recentia charissimorum funera totusq; mundi cadaver adhuc ab oculis versabatur 2. Fieri potuit ut ex labore defatigatus, magna urgente siti biberet largius antequam vim vini persentisceret 3. Adhac Senex erat. At qui seniores citissime inebriantur ob paucitatem ac debilitatem sui caloris ab eo, qui accedit ex vino, facile devicti 4. Licet communem vim vini non ignoraret: huius tamen Armenici rim haut scire potuit. Quo sensu recte accipitur Theodoreti sententia: Experiens causa babit Noah & in ebriatus est, nō ex ingluvie. Illicitū autē fuit hoc factum quoad effectum & eventum 1. quia nudus iacuit in tabernaculo 2. Præbuit offendiculum Chamo 3. præbet occasionem isti peccato propter quod ipse Chamus maleficitur. Atque hoc sanè modo licet lapsus hic culpā non careat, fuit tamen peccatum infirmitatis, non æquiparandum ijs vitijs, quæ studio dataq; operâ perficiuntur.

Quod ergo attinet sententiam plerorumq; patrum statuentium Noachū tantū ex imperitia peccasse, quoad videlicet ignorarit vim vini, cuius parandi & ex uvis exprimenti ille quasi primus inventor fuerit; Negamus eam esse firmam 1. Obstat testimonium Salvatoris, qui Lucæ 17. peccata primæ mundi recensens ait: In diebus Noe edebant, bibebant, &c. ubi bibenbi voce non illam consuetam bibendi rationem, quā natura postulat intelligit Salvator: hæc enim non fuisse reprehensa aut causis diluvij annumerata, sed ebrietatis vitium ibi notat & carpit, quo interitum sibi accelerarint homines, sicut idem circa novissimi diei tempora futurum sit. Quoniam autem nec quis inebriari putuerint, nec adhuc Cerevisiae conficienda ratio erat inventa, omnino consequi videtur vinum in usu tum quoq; fuisse, quo illi ad ebrietatem usi fuerunt, ideoque etiam puniti. 2. Huc accedit, quod ps. 104. Vini creatio cum productione panis, olei, fœni, herbarum, montium & vallium, ipsiusq; terræ, & reliquorum operum Dei <sup>2500</sup> & <sup>400</sup> statuitur, & ad mundi nascentis primordia refertur. Testatur id ipsum etiā Syracides c. 31. vinū ad hilaritatē creatum est, non ad ebrietatē, ab initio. 3. Cū vinū lætificet cor hominis Psal. 104. cūq; absq; vino misera sit omnique hilaritatis expers vita. Syr. 31. v. 33. & preterea cum vino valetudinis astomachiergo, nobis opus sit 1. Tim. 5. Credendum nullo modo est, Deum integras annos milles sexcentos quinquaginta sex homines justa hilaritate privare,

D

& sal-

*& saluberrimo vini medicamine orbare voluisse. Non enim creavit Deus hominem ad tristitiam. Prov. 17. Eccles. 7. Syr. 30. 31. 38. Et tantum de hac quæstione. Videatur Lutherus in Genesi cap. 9. p. 127. edit. Witeb. Polycarpus Lyserus in Noacho ebrio pag. 336. & seq. Hunnius in questionibus in 9. cap. Gen. p. 208. & seq. Salomon Gesnerus, ex quo etiam nonnulla huc transcripsimus, in disp. 9. in 9.e. Gen. q. 10. & 11. p. 230: & seq. Pererius Iesuita in c. 9. Gen. v. 20.*

#### QVÆSTIO IX.

Quid sentiendum de incestu Lothi cum filiabus?

Origenes quidem opinatus fuit incestum filiarum Lothi castior remfuisse, quam gravidarum concubitum. Item in lib. 4. *Contra Celsum* in officijs, non in vitis habendum cum Stoicis existimat. Et verba Irenei l. 4. cap. 51. ita habent. *Filiae Lothi, secundum simplicitatem, & innocentiam putantes universos homines perisse quemadmodum Sodomitæ: & universæ terræ iracundiā supervenisse, dicebant: Potemus patrem nostrum vino & dormiamus cum eo & suscitemus de patre nostro semen. Quapropter & ipse excusabiles sunt, arbitrantes se solas relictas cum patre suo, ad conservationem generis humani, & propter hoc circumveniebant patrem. Astipularunt ei Chrysost. homil. 44. in Genes. Item & Theodoretus q. 69. in Genes:*

Econtra Augustinus censet peccasse tam Lothi, propter ebrietatem, quam filias eius propter admissum cum patre incestum. Qua de re copiose disputat l. 22. contra Faustum à cap. 42. ad 46. Et alias laudatur Basilius & Anastasi sententia, quod Lothus fuit coniux suarum filiarum suis gener & sacer, pater, maritus & avus, utrumque prebro & dedecore leges naturæ afficiens.

Pro decisione notandum, ab utraq; parte in quartum & sextum Decalogi præceptum, atrociter fuisse peccatum: Veruntamen patrem mœrorēns animi, senilem stupidiatam, lasitudinem corporis, solitudinem, somnum; filias vero falsam istam opinionem de totius generis humani interitu, excusare à tanzo sed non à toro. Quanquam enim filiae sibi bonum imaginabantur finem, nimirum instaurationem generis humani tamen nec inebriare debuissent patrem, acc id negocium maturare, nisi re omni penitus explorata, an scilicet genus humanum esset combustum, vel secus. Hoc interim à tanto (non autem à toto) illos excusat, quod id non fecerunt, ut suam explorarent libidinem; sed ut genus humanum, quod nunc ad se & patrem solos redactum arbitrarentur, redintegrarent. Itaq; ex stultitia potius & stolida opinione in hoc scelus prolapsæ fuerunt puellæ, quam ex malitia. Proinde ad opinionem Origenis respondemus, i. Eam esse contumeliam in coniugalem ὀφελορθύνευσοντα. cor. 7. 2. Laudamus, quod alias patrem Noachum in parte inexcusabilem inveniri censem, in parte vero excusabilem, si quidem arte non voluptate deceptus sit, quod rectè. Videatur Luth. c. 19. p. 261.

Hunnius

Hunnius in quæst. in gen. p. 373. Polycarpus Lyserus in 19. c. Gen. p. 382. &  
seq. Gesn. in c. 19. Gen. quæst. 4. Peterius in cap. 19. Gen. v. 35. &c.

QVÆSTIO X.

An choreæ ferendæ?

Quæstio hic non est de saltationibus istis religiosis, quales suerunt Davidis, 2. Sam. 6. Mariæ Exod. 15. Iudithæ Iud. 15. &c. Sed de hisce, quæ nostro tempore conviviorum appendices esse solent. Hasce planè oppugnatum veniunt primores è gente Calvinistica, hisce freti catapultis. 1. Quia istiusmodi choreæ furibundi quodammodo & concitati in libidinem animi argumentum quoddam sunt. 2. Quia non instituuntur bono fine, sed libidinis augendæ prorit andeq<sup>z</sup> gratia: nempe ut sic saltantes simul esse, ut tangere, colloqui, & reliqua obscenæ facere possint. 3. Fiunt mixtim cōfuso sexu, cum à solis viris seorsim, & seorsim à matronis & pueris usurpari possent, si honestæ recreationis ergo institueretur. 4. Dissolutas reddūt matronas & pueras, libidinis someta fulminis trahunt tum ipsis saltantib. tum spectantibus. 5. Non solū bōnis moribus obsunt sed & quieti publicæ & ad certam vergunt perniciem. Nam ut saltatio nascitur ex vino, compotationibus, lascivia mentis: ( Nemo enim ferè saltat sobrius, nisi forte insanit: neque in solitudine, neq<sup>z</sup> in convivio moderato atq<sup>z</sup> honesto. Intempestivi convivij comes est extrema saltatio. Cic. pro L. Muræna ) sic relinquit post se stupra, cades, aliaq<sup>z</sup> nefanda, quibus tranquillitas publica perturbatur. Ita Iohannes capite plectitur ob saltatriculam, de quo Eleganter Chrysostomus: saltationis libidinosæ precium factum est caput Iohannis. Quin imò exemplo Dinae filiae Iacobi confirmatur quanti sit ea res periculi. 6. Adducunt rigidi his censores auctoritates patrum, suorum Theologorum, ut & magnorum, virorum. Chrysostomus saltationes neminat Diaboli as, & alibi dicit Diabolum una saltare. Hom. 56. in Gen. & Hom. 48. Sic Augustinus graviter invehitur in corruptos clericorum mores, qui se choreis miscabant, & cum mulierculis saltabant: Melius inquit tota die defoderent, quam die Sabbathi saltarent. Discip. de tempore dicit, quemlibet saltum in chorea esse saltum ad profundum inferni. Guilelmus super Evang. Dom. Septuag. dicit: omnem motum petulantiae esse saltum in profundum cloacæ. 2. August Marlor. super 14. Mart. Quicunq<sup>z</sup> habuerunt curā gravitatis, damnarunt saltationes. Calvinus supra 14. Mart. Vocat meretricie lasciviae notas. Martyr sup. Iud. c. ult. vocat laqueos & scandala. 3. Sic Fridericus Imperator duebat se maleficitare, quem saltare. Aen. Sylvius. Sic Albertus Imperator dicitur venationem virilem judicasse exercitationem: saltare autem muliebrem esse. Eo ipso etiam Gallos leyes indicabat Alphonsus Siciliæ Rex, quod & choreis indu-

gerent èn magis, quam o' essent etare provectiones. Demosthenes comites Philippis Macedonis granissime reprehensurus saltatores eos vocat. Iulius cæsar Scaliger dixisse fertur, se non vidisse maiores ineptias in orbe, quam saltationes. Ludovicus Vives in institut. fœminæ Christianæ, dicit peregrinos aliquando in has horas venisse, & ex longinquo saltantes vidisse, ita tamen, ut non audirent Musicam, qui putarunt nostros homines peculiari quodam genere furorū correptos esse. Videatur Aret. in probl. fol. 508. Danaus in Ethica Christ. l. 2. cap. 14. pag. 222. Gual. sup. 6. Mar. fol. 75. Iohan Piscator in II. Matt. p. 341. Stuckius lib. 3. antiquit. conviv. lib. 3. pag. 401. & seq.

Econtra pro saltationibus facere videtur i. Quia Scriptura ipsa meminit quidem saltationum; sed tamen eas nuspia prohibet. Eccles. 3. v. 4. Tempus est lugendi & saltandi tempus. Matth. II. v. 17. Cecinimus vobis tibiis, & non saltasti; cecinimus vobis lugubria & non planxitis &c. 2. Favent sententiæ huic etiam non infimi è plebe viri. Brentius super Matt. 13. p. 528. Fides & charitas Christiani hominis saltando non deperduntur: etiam pueri sine ulla reprehensione, aut castitatis periculo saltant. Lutherus Tom. 4. Ien. pag. 133. Das man von Tanzten saget / es bringe viel reizung zu Sünden / ist war / wenn es über die Masse vnd zucht fehret. Aber es kan auch einer woll mit einer bulen / die weder schmuck noch schöne hat / denn die liebe ist blind / sellet so schier auff einen Kühreck / als auff ein Lillienblat. Drumb weil Tanzten auch der Welt brauch ist / des Jungen Volcks / das zur Ehe greift / So es auch züchtig / ohn schandbarer Weise / Worten oder geberde / mir zur freude geschicht / istt nicht zu verdammen. Das hat auch Gott damit angezeigt/das ers also lest schreiben/das nicht die hoffertigen Heiligen so bald Sünde draus machen / Wenn mans mir nicht in Missbranch bringet. Item Tom. 4. p. 281. dicit choreas & saltationes esse Dei donum &c. Eryc. Putean. I. Conv. serm, fol. 50. Quamvis multum mali ex choreis oriatur, & habeant non admodū obscura pericula: tamen per se nō sunt impiæ, & ab honestis honestè fieri possunt. Vide & Casum l. 5. sphaerae Civit cap. 8. q. 2. Pro decisione notandum culices colare eos, qui in honesta societate saltationes etiā non lascivas etiam peccatum prohibent. Est enim saltatio perinde ut usurpas: si malum in finem, mala: si corporis causa, bona est & suo tempore instituenda. Osianus super cap. 6. Marci: Saltationes seu choreæ per se non sunt peccatum sicut honesto loco, & si honesti & verēcundi sunt homines, qui choreas ducunt: impiis verē & improbis hominibus nihil est purum: quia eorum mens mala & impura est. Videatur Hunnius sup. II. cap. Matthæi. Sed tantum etiam de hac questione: ubi & subsistens.

F I N I S.


Fc 1249. gr  
f



bitte noch kein  
Sammelbd. verknüpfen  
noch Ausleihe  
an: Retro-Ecke  
OL  
Zurück!

VD 17





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

Centimetres  
Inches

